



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXXVII. Supplicium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

temporis antiquitate juvetur, & præscriptio circa jura superioritatis omnino cesset, *l. competit. 6. Cod. de præscript. 30. ann. cap. cum non liceat 12. ibique Abbas extr. de præscript. cap. placuit 8. §. porro 16. qu. 3. Abbas in cap. per venerabilem. col. fin. qui fil. sent legimus. Roman. consil. 371. n. 15. vers. dum autem queritur. Decius 307. n. 9. Ruin. consil. 69. col. pen. in fin. lib. 5. Paris. consil. 25. n. 19. lib. 4. idem consil. 25. n. 19. lib. 4. Purpurat. in l. 1. n. 40. ff. de offic. ejus, cui mand. jurisdicti. Jaf. consil. 208. col. 3. lib. 2.*

II X.

Superioritas inducit præsumptionem jurisdictionis, non domini; Montan. in *inst. de finib. regund. cap. 15. n. 12. Cravetta consil. 154. viso 5. n. 1.* ubi exemplo pascuorum hoc declarat, quæ non præsumuntur pertinere ad dominum loci, sed multo magis ad universitatem & homines subiectos, adde & Calcan. *consil. 34. n. 45. consil. 50. n. 3. Dec. consil. 550. juridicam. in princ. Welsemb. 2. consil. 62. n. 28.*

IX.

Superioritas censetur probata probatis subjectionis actibus. Abbas in *c. præterea. de testib. arg. l. si verò 12. §. si filiosam. 6. ff. mandat.*

X.

Superior Magistratus non tantum debet defendere inferiorum Magistratuum subditos, sed etiam Magistratum inferiorem punire. Brunnem. *ad l. 3. pr. C. de Canon. largit. titul.*

XI.

Legitimis heredibus deficientibus bona ad superiorem devolvuntur. Hinc in bona suorum officiatorum succedebat ab intestato præfectus prætorio. Et nunc Dominus Feudi succedit vassallo sine heredibus mortuo. Perez. *C. de Apparitor. præf. prætor. n. 4. 5.* Imò quivis Baro de mero Imperio investitus Jure Saxonico habet jus occupandi demortui sine herede bona. Brunnem. *C. eod. Col. 2.*

CAP. LXXXIII.
Superlativus.

Superlativa qualitas in paucis verificatur, Corn. *consil. 341. Quod dicta dos. in lit. n. vers. & sic non præsumitur. vol. 1. & consil. 181. Visis nonnullis. col. 8. in lit. q. vers. & licet soleat vulgariter dici. col. 2. ubi multos casus enumerat, in quibus ferè superlativa nunquam verificantur, add. & Pacian. 2. de probat. cap. 7. n. 26.*

CAP. LXXXIV.
Superveniens.

Axioma I.

Casus superveniens non nocet actui præcedenti, nisi actus adhuc sit imperfectus. Brunnem. *in l. 1. C. de Jure Fisci.*

II.

Causa superveniens immunitatis non tribuit exemptionem ob onere antea suscepto. *l. 5. §. 7. ff. de Jure Immun.*

III.

Causa superveniens iusta facit cessare privilegia, quæ rebus sic stantibus concessa intelliguntur. Perez. *C. de Excusat. mun. n. 15.*

IV.

Inidoneitas superveniens post officium depositum non præstat ab eo, qui pro officiali tenebatur. Perez. *C. de peric. Nominat. n. 5. Brunnem. ad l. 1. C. eod.*

CAP. LXXXV.
Suppletio.

Qui non supplevit cum potuit, noluisse credendus est, vide *supr. lit. N. cap. Noluisse.*

CAP. LXXXVI.
Supplicatio.

Axioma I.

Quodcumque juris est in Leuteratione, idem juris est in supplicatione. Quia etiam supplicatio perinde uti Leuteratio in aliquibus locis, v. gr. Ducatu Brunsvicensi ob quodvis gravamen concedi solet. Ita ergò supplicatio ad exemplum Leuterationis intra decendum debet interponi coram eodem iudice, alias sententiam non suspendit. *Conf. auth. quæ supplicatio. C. de præ. Imper. offer. l. un. de sentent. Præ. Prætor. Corpz. P. 1. Conf. l. 20. Defin. 25.*

CAP. LXXXVII.
Supplicium.

Axioma I.

Supplicium pro veritate melius est, quam pro adulatione beneficium, *can. nemo peritorem. 11. quest. 3.*

II.

Supplicio quem sententia destinavit, ei vox appellandi non denegatur, *can. non ita 2. q. 7.*

CAP. LXXXVIII.
Suspicio.

Axioma I.

Suspicio omnis potius repellenda quam approbanda, *can. oves. in fin. 6. q. 1. præsertim ea, quæ temeraria est, can. multi, in med. 2. qu. 1. & quæ ex adversariorum consensione surgit, quàm contemnendam esse docet cap. cunctis 11. q. 3.*

II.

Suspicio modica non debet animum sapientis immutare, *cap. ult. extr. de criminis falsi.*

III.

Suspicio probabilis recipit probationem in contrarium, *cap. presentium 7. quest. 1. nec ullus suspicionis arbitrio judicandus est, cap. primo 2. quest. 1. cum litigare sub iudice suspecto periculosum sit cap. cum inter 5. extr. de except. Quapropter suspectum qui iudicem putat, ei licet, antequam lis inchoetur, illum recusare, ut ad alium recurratur, *can. ult. §. pen. 3. qu. 5. idque ex eo, quod suspectus Iudex esse non possit, can. ult. in princ. 3. q. 5. c. secundo 41. extr. de appellat. adeo ut nec Papa tali causam ex certa scientia committat**